ſicut ignis facile incendit ſtuppas & leuiores paleas. Ita
ebrietas corrũpit animam & ducit animam eam in
grande peccatũ. Propterea ſi non euadis ebrietate.
non euadis peccatum; quando uenitis ad eccleſiam.
cum ſũma reuerentia intrate in domum & cum timo
re maximo. Conſidera quia tunc uadis ad domi
natorem tuum. ut te ide. preces propter neglectum
tuum & uitam inpetres quod peccatis forſitan non me
rebas; & dum ſtas in eccleſia. ſemp mentem tuam ad
dñm leua & oculis cordis tui. ſemp intende qualiter de
ſupernis conſolatio adõpbeatur; ſi iſta frequenter
feceris & dñm ſemper ante oculos habueris. tunc ad
uerſarius fugit ante te & non preual& contra te.
quia angelus dñi eſt tibi adiutor. in illis bonis ubi men
tem tuã perſpexerit. proſto animo habere. Conſidera
quia dñs pius eſt. & ſuſcepit preces deprecantes ſecũ pu
ritate. & non elongat promiſſionem ſuam ſed ſtatim
recipit & adleuat qui contriti ſunt. & porrigit eis au
ſilium quomodo aliquid bonum quod in mentem ha
bent perficere poſſint; ſi tibi dies ultimus in his bo
nis operibus inuenerit. Tunc tibi angeli occurrunt.
& cum gaudio te recipiunt. & ante tribunal iudicis
te adducunt. ut ibi recipias ſicut feciſti. Hoc latere
uobis non debe& quia dñs nr̃ ihs xps hoc uobis nun
tiauit per ſacram ſcripturã quod cottidie legit in eccla